Partes ad generationem ſpectantes; vide figuram decimam infrà, ubi eædem explicantur alio atq; naturali ſitu.

FIGURA VIII.

Glandula quædam magna, an Lactis extremum Alvei occupans?

FIGURA IX.

Partes Generationi dicatæ, Marium puta.

FIGURA X.

a. a. a. a. Ea pars Feminini Uteri puta, quæ Glandulæ proximo adjacet. *b. b.* Vas quoddam flexuoſum, Ovi ductus putâ, ſive tuba Fallopiana tortuoſa. *c.* An Uterus? *d. d. d. d. d.* Vagina Uteri. *e. e.* Veſicula atramenti. *f. f. f.* Vas ex inteſtinis ortum, Veſiculæ atramenti inſertum. *g. g.* Ventriculus. *h. h. h.* Inteſtinum rectum velut Meſenterio quodam circundatum. *i. i.* Pars extrema Mytidis. *k. k. k.* Maximum vas Corde inſertum, à media Mytide exiens, velut Vena cava. *m. m.* Ipſum Cor. *n. n.* Alterum à Corde vel ligamentum vel vas. *o. o.* Vel vas, vel ligamentum à Corde prodiens.

TABULA *Undecima*

Aliquot exhibet Viſcera Loliginis, Sepiæ, Polypi, ex Aldrovando, F. Redi, *Swammerdamio apud Blaſium.*

FIGURA I

EX Swammerdamio, quædam partes Sepiæ feminæ exhibentur.

a. Eructarium atramenti. *b. b.* Branchiæ. *c. c.* Ova. *d.* Ductus, per quem exeunt Ova. *e.* Ovarium. *f.* Exitus inteſtini, atque Eructarii Atramenti. *g. g.* Duo Corpora glanduloſa, fortè teſtes. *h.* Pars peculiaris, humorem rubellum continens.

FIGURA II.

Sepiæ Cor, cum Branchiis.

a. Cor. *b. b.* Branchiæ.

FIGURA III

E *Fr. Redi,* Alimentorum Canales *Sepiæ* exhibet.

m. Roſtrum. *n.* Oeſophagus. *p.* Inteſtinum cæcum. *q. q.* Inteſtina. *r.* Atramenti, ſive fellis Veſica. *s.* Orificium ad anum.

FIGURA IV.

E *Fr. Rhedi,* Alimentorum canales *Polypi.*

c. Roſtrum. *d.* Oeſophagus. *e.* Gula. *f.* Stomachus, avicularum æmulus. *g.* Inteſtinum cæcum. *h. h.* Inteſtina. *k.* Atramenti, vel Veſica fellea. *l.* Exitus in Ano, ubi inteſtinum, & atramenti Veſica ſeſe exonerant.

FIGURA

FIGURA V.
Loliginis alimentorum canales.

t. Roſtrum. *u.* Oeſophagus. *x.* Atramenti, ſive Veſica fellea. *y.* Inteſtina. *z.* Exitus ad Podicem. *v.* Stomachus. *w.* Inteſtinum cæcum, ſive ſtomachus ſecundus.

FIGURA VI.

Loliginis majoris ex Illyrio *gladiolus*, apud Aldrovandum de Mollibus.

TABULA Duodecima

Muſculi Fluviatilis Anatomen, Saliaque quædam foſſilia exhibet.

FIGURA I.

a. a. Oris labia branchiata. *b. b. b. b.* Quatuor branchiæ, quarum duæ externæ Sacculorum quoque uterinorum officio interdum funguntur; in quibus ſcilicet ova enixa continentur, atque incrementum ſumunt. *c. c. c. c* Pes carinatus. *d. d. d.* Venter, in quo Ovarium maximum ſpatium occupat; deinde Meconium, & reliqua inteſtina locum habent. *e. e. e. e.* Branchiarum velamentum evolutum. *f. f.* Ima pars velamenti fimbriis corniculatis & racemoſis exaſperata. *g.* Tracheæ Orificium. *h. h. h.* E Teſtarum valvis una. *i. i. i. i. i.* Limbus muſculoſus velamenti.

FIGURA II.

Cor exemptum. *a. a.* Auriculæ inflatæ. *b. b.* Aorta.

FIGURA III.

Cor anguſtioris & ex flavo virideſcentis Muſculi.

FIGURA IV.

Cor pronum & ſupinum ex altero Muſculo exemptum.

FIGURÆ V, & VI.

Salium Cryſtallorum figuræ, è Concharum teſtis crematis; è Microſcopio.

FIGURÆ VII, & VIII.

Cryſtalli calcis lapideæ plerarumque aquarum medicatarum noſtratium, ad juſtam magnitudinem à nobis depictæ, & ante quindecim annos editæ.

FIGURA IX.

Cryſtallus viſcoſa & pinguis, ex viridi ferè leviter rufeſcens, ex India Orientali, *Tincal* dicta.

FIGURA X.

Idem Sal ex aqua diſſolutum, inſtar Capituli cujuſdam Fungi concretum; ſcilicet ex innumeris quibuſdam claviculis compaginatum.

TABULA Decima tertia

Pectunculi, Chamæ, itemque Tellinæ Anatomen exhibet.

FIGURA I.

PEctunculus vulgaris, **Cockles** Anglicè dictus, cum duabus Tracheis exertis.

FIGURA II.

a. Cor ex parte exemptum. *b. b.* Duo ligamenta teſtas conſtringentia. *c.* Trachea altera. *d. d.* Oris labia dependentia & branchiata. *e. e. e. e.* Branchiæ. *f. f.* Pes, cujus pars anterior quandam vomeris figuram refert. *g.* Venter, ubi organa generationi dicata utriuſque ſexus.

FIGURA III.

Stylus quidam cryſtallinus.

FIGURA IV.

Tellina è teſtis exempta; cui membranæ circumveſtientes, & branchiæ exciſæ ſunt, ut reliqua clariùs conſpiciantur.

a. a. Ligamentorum, valvas conſtringentium, capita. *b.* Meconium. *c. c. c. c.* Revolutio inteſtini, rectum verò inteſtinum ſuperequitat poſterius ligamentum. *d. d.* Pes carinatus. *e. e.* Ambæ Tracheæ. *g. g.* Caput labiis auriculatis notabile.

FIGURA V.

Chama **Purrs** dicta, cum duabus Tracheis exertis.

FIGURA VI.

Una è valvis, facie ſuâ interior, & ligamentum, & velamenti veſtigia exhibens.

FIGURA VII.

a. a. Ligamenta valvas conſtringentia. *b.* Cor pericardio incluſum. *c. c.* Labia Oris dependentia. *d. d.* Branchiæ radiatæ. *e. e.* Duæ Tracheæ, ſive fiſtulæ branchiales. *f. f.* Venter, ubi illa viſcera ſunt, nempe Ventriculus, Meconium, Inteſtinum, Ovariumque. *g. g. g.* Pes carinatus. *h. i.* Penis.

FIGURA VIII.

Cor ejuſdem animalis exemptum.

TABULA Decima quarta

Mytuli marini Anatomen exhibet.

N.B. Sex priores hujus Tabulæ Figuræ ferè ab *Ant. de Heide* depictæ fuerunt.

FIGURA I.

MYtuli cornua ramoſa, ſcil. poſita in limbo muſculari ad anum; è Microſcopio depicta.

FIGURA II.

Unus è cirris penniformibus, ſive labiis branchiatis; è Microſcopio.

FIGURA III.

Lingua dicta (potius Penis) cum ſuis Muſculis; è Microſcopio.

FIGURA IV.

Stylus quidam cryſtallinus.

FIGURA V.

Mytulus in vitro aquæ marinæ ſervatus, ubi ejus linguæ dictæ exertio, atque adhæſio ordinata repræſentatur.

FIGURA VI.

Caput & os Animalis cum labiis penniformibus. *a.* Gulæ principium.

FIGURA VII.

Cor Mytuli à me primùm exhibitum.

N.B. Figuræ autem ſequentes hujus Tabulæ, nempe 8, 9, & 10. apud *Leeuwenhoekium* habentur, *Arc. Nat.* 4to. pag. 465.

FIGURA VIII

Exhibet microſcopicè villorum quorundam congeriem, veluti ramoſam, cum aliquot acetabulis quibus ſinguli villi ſive ſetæ terminantur.

FIGURA IX.

Mytulus nondum natus ex ovo exemptus. *a.* Placenta. *b.* Ipſe Mytulus.

FIGURA X

Pulcherrimus ille ordo depingitur, quo Ova, Mytulis fœcunda, teſtis extrinſecus adhæreant; perque eorum membranas pellucidas valdè ſpectabilia eſſe.

TABULÆ XV *&* XVI

Oſtreum *exhibent diſſectum*; *& ſunt* Williſianæ; *ad ſingularum verò calcem ex ære quoque ſuas Explicationes incidi curavi.*

* Oſtreis labia iſta, ab ore pendentia, omnium Bivalvium Conchyliorum, quæ hactenus mihi videre contigerit, longè validiora ſunt; utpote & craſſiſſima & rigidiuſcula. Cùm itaque iis Pes aliquis, ad ſe movendum de loco in locum, omnino deſit; ut ſe tamen vertant (quo motu ea frequenter gaudere dicuntur) his potiſſimum labiis, tanquam remis quibuſdam penniſque utantur, veriſimile eſt.

TABULA Decima ſeptima

Pectinis Anatomen exhibet.

PEctinem nactus, ineunte Januario, ejus diſſectionem, quâ potui accuratione, certè ex uno exemplari, inſtitui. Imprimis, vidi cardinem ex concavâ valvâ leviter incurvari, & ſuperinjici alteri ac planæ valvæ, totoque illo latere inter ſe cartilagine quadam firmiter connecti: Item in ipſo medio ſpatio Cardinis alteram acerrimam robuſtamque admodum cartilaginem diſponi. Hinc adeò mira illa conſtrictionis vis, & fortaſſe planam valvam, remi alicujus more, movendi, adque pernicitatem & volatûs quandam imaginem moliendam: de quo quidem non ſemel locuti ſunt Veteres, tanquam huic Conchylio peculiari.

Apertis autem valvis hæc conſpicienda ſeſe exhibent. Ad dextram & ſub cardine *Os* cucullatum, inſtar Oſtreæ. Velamina autem oris conficiuntur ex concurſu branchiarum exteriorum, quæ Muſculoſæ ſunt, totumque animal à capite ad ani exitum, ſcilicet ſiniſtram verſus è regione oris, ubi inter ſe rurſus connectuntur, circumambiunt.

Ex iſto autem pari branchiarum exteriorum ea, quæ planæ valvæ incumbit, centro ſuo adhæret ſuperiori limbo ingentis cujuſdam Muſculi rotundi, qui ex rectis angulis in mediis valvis inſeritur; altera verò exterior branchia ſimiliter conjungitur alteri capiti ejuſdem Muſculi centralis.

A Muſculo verò centrali ambæ iſtæ exteriores ſive ſpuriæ branchiæ, è tenui Membrana & pellucida admodum conſtant: Et ad medias valvas expanſæ leviter iis adhærent, ut moveri inde non poſſint, tuenturque animalis dorſum ab aquæ injuria, intra valvas receptæ; à loco verò iſtius adhæſionis, craſſus quidam Muſculus mirificus, tanquam Limbus, incipit. Is autem à me depingitur tantùm eo quo contrahitur modo; ſed in vivis mirè extenſilis eſt, etiam longè ultra margines valvarum. Item Laciniis donatur, & ex rufo variatur Lineolis elegantiſſimis. Multis autem diebus à piſcatione noſtri pectinis is limbus haud obſcurè movebatur. Uſum autem ejus ſic intelligo; nempe ex contractione incurvata introrſum, more retis cujuſdam, cùm ambo iſti branchiati Muſculi extra conchas emiſſi ſint, quicquid intra ſe complexi fuerint, ſibi mutuo adpliciti, ad ſe rapiunt in victum animalis: Laciniis autem, extremis ſuis marginibus tenuiter inciſis, aqua marina ſeparari videtur, retento cibo. Si qui verò ſint alii ejuſdem partis uſus, me latent; quòd nec mores, nec victum hujus animalis privatim ſcio.

Illud tamen addere lubet de iſto limbo mirifico exteriorum branchiarum, eum poſſe inſervire non piſcationi tantùm victûs, cùm, inſtar retis, admodum extendi extra valvas ſolet; ſed & necationi cujuſlibet animalis minuti, aut piſciculi, ex forti compreſſione; itemque ex *motu undulatorio*, qui in eo valdè notabilis eſt, poſſe circumferri victum; eumque tandem, quacunque parte circuli retiarii ſit, ipſi ori exporrigi, ita manûs locum quodammodo ſupplet.

Ad *veras* autem, certè quæ ita appellari ſolent, *Branchias* venio; hæ verò quatuor ſunt, leviter flavicantes, atque pectinatim ſtriantur eleganti quodam opere. Illæ autem Branchiæ Muſculum magnum centralem circumambiunt, interque ſe comprehendunt ſive incumbunt utero, ejuſque Ovario, certè partibus generationi dicatis.

Harum autem partium Figuræ rectè à me antè delineatæ fuerunt; & jam vivo quoque animali video ejus partem inferiorem ex croco reſplendere; ſuperiorem verò

verò albicare; juxta Os verò proceſſus quidem, duplici foramine apertus, conſpiciendus eſt. Horum autem foraminum *Unum*, Vulvæ exitus exiſtimandus eſt; &, ſi androgyni ſint pectines (quod ſuſpicor ex perpetuâ ſimilitudine iſtius partis in omnibus à me viſis, & vivo & conditis) *alterum*, ad maris genitale membrum exerendum inſtituitur; atque hactenus de Branchiis & Organis generationi dicatis

Ad Caput procedo; huic Os labiis circumſcriptum eſt rufeſcentibus, more branchiarum internarum; at brevibus admodum, & in noſtro exemplari criſpis, fortè vitioſis & mutilatis.

Sub ipſum verò cardinem medium duo prægrandes veluti circuli ſive Cavitates inſtar oculorum (at oculi non ſunt) alicujus Rhombi piſcis, obliquè poſitorum.

Os verò caputque excipit majuſculum Meconium, ſubnigrum, ad ſiniſtram vergens. Pone id cor latitat, perque ipſum Pericardium pellucidum conſpici poteſt; ex carneo leviter rufeſcit. Cordis aorta in branchias diſpertitur. An verò id ſolum pericardium ſit, quod ſcilicet proxime adjacet nigro meconio, ſive totum etiam illud Figurâ rhomboide comprehenſum, hæreo. An pars ejus inferior Veſica Urinaria ſit, quæro: certè ex meconio oritur inteſtinum rectum, ſuperque pericardium equitans, ad internas branchias protenditur, & muſculo centrali adnectitur.

Muſculus autem centralis orbicularis eſt, albus & lævis, magna ſuperficiei ſuæ parte, quâ conchæ adhæret: ex ſiniſtra verò parte alio candidiori muſculo lacerato diſtinguitur, & conchæ magis firmatur.

Atque hæc eſt partium hujus animalis brevis quædam enarratio; earum verò uſus (exceptis branchiis ſpuriis) exhibere ſupervacaneum eſt, ſiquidem ex analogiâ cum reliquis id genus animalibus, à me publicatis, facile intelligi atque explanari poſſint.

a. a. a. a. Os Caputque. *b. b.* Meconium aterrimum *c.* Cor, prout ſubter membranam latitat. *d. d.* Pericardium, an Veſica Urinaria rhomboides? *e. e. e. e.* Inteſtinum rectum pericardio ſuperequitans. *f. f. f. f.* Magnus Muſculus centralis. *g. g.* Alius Muſculus laceratus, teſtis fortiter adhærens. *h. b. h. b.* Branchiæ internæ. *i. i.* Uteri prolongati exitus, duobus foraminibus diſtinctus tanquam Androgynis. *k. k.* Uteri pars ſuperior albida. *l. l. l.* Uteri pars inferior crocea. *m. m. m. m. m. m. m.* Limbus variegatus, ſive Muſculus *retiarius* laciniatus, quibuſdam branchiæ exteriores dictus; horum vero alter præciſus eſt.

TABULA Decima Octava

Exhibet Berberi Antiquorum, i.e. *Concham Margaritiferam Indorum*, *locumque Margaritarum proprium.*

TABULA Decima nona

Pholadis, Conchæque Anatiferæ Anatomen exhibet.

FIGURA I.

Pholas integra, pronaque, ut omnes ejus quinque valvæ diſtinctè conſpici poſſint.

FIGURA II.

Pholas integra ſupina, Tracheâ ad apicem bifidâ, exerta.

FIGURA III.

Τὸ Τῆθος veterum, ſive alterum Pholadis genus ἀῤῥαώδακτον.

FIGURA IV.

Concha anatifera, è teſtis exempta. *a. a.* Pennæ duplicatæ. *b.* Os. *c.* Muſculus valvas majores conſtringens. *d. d.* Membra generationi dicata, alba, varicoſa.

FIGURA V.

Idem animalculum integrum cum pedunculo & cirris exertis.

FIGURA VI.

Favago quædam Oſtrearum.

FIGURA VII.

Oſtrei Cor.

FIGURA VIII.

Cirri cum ore exempti. *a.* Os.

FIGURA IX.

Quinque valvæ explicantur, ut planè intueri poſſint.

TABULA Vigeſima

Balani vulgaris Anatomen exhibet.

FIGURA I.

a. a. a. a. a. a. Balani, microſcopicè apud *Leeuwenhoekium* depicti, pedunculi. *b. b. b. b.* Proboſcis. *c. c. c. c.* Venter.

FIGURA II.

Ova ejuſdem animalis apud eundem microſcopicè.

TABULA Vigeſima prima

Hepar Cancri Marini falſum ex inteſtinis cæcis compactum, coriique cujuſdam pellicei æmulum exhibet: Item utroſque dentes tricuſpides Sepiæ.

TABULA Vigeſima ſecunda.

FIGURA I.

COR Aſtaci Marini.

FIGURA II.

Cor Aſtaci fluviatilis cocti: idemque crudi.

FIGURA III.

Gladiolus exemptus è Loligine trinunciali, quem fortè inveni in ventriculo Dracunculi Marini, a 𝔚𝔢𝔞𝔳𝔬𝔲𝔯 Anglicè dicti.

FIGURA IV.

Scarabæus ovis croceis gravidus.

The following Notes and Obſervations were written by Dr. *Liſter* in a Copy of this Work (conſiſting chiefly of Proof Plates) now in the Poſſeſſion of Mr. *Ingham Forſter*, Merchant in *London*, by whom it was moſt obligingly communicated to the Editor. A. D. 1769.

Tab. N°.

572. 23. THIS, probably, is a Sea Shell; having ſeen Barnacle Shells adhere to it, and therefore is to be removed from this Tribe. (N. B. *In ſome of the firſt Impreſſions it was placed among the Land Snails.*)

61. 58. Trochilus Monſpeſſulanus triplici Aſpectu.

65. 63. This Shell is very thin and brittle; of a Stone Colour: the Navel or Hollow in the Centre is deep, and it riſeth up high from the Edges, in which it very much differs from all the reſt of this Tribe. The Shell is circumſcribed by a very ſharp and prominent Edge, the underneath by a Wreath not quite flat, but a little convex, and are four in Number. It was ſent from *Jamaica* by Dr. *Sloane.*

158. 13. This Shell is very thick and ponderous, very ſmooth on the outſide and of a yellowiſh green Colour, not unlike the freſh-water Muſcle Shell, poſſibly it may be owing to that Tribe, tho' of an uncommon Make and Figure, I never ſaw but this one Shell and that in Mr. *C.*'s Collection.

163. 1. Pecten maximus, circiter 14. Strijs admodum craſſis & eminentibus, et iiſdem ipſis Striatis inſignitus. *Liſter.* de Coch. Marinis Animalium Angliæ Tit. 29.

165. 2. This Scallop is much leſs than the former; otherwiſe it is, in many Things, much like it, that being ever of a Stone Colour; it differs in that it is rediſh and curiouſly marbled, both about the Bottom and on the upper Part of the bigger Shell: alſo it agrees in the Hollowneſs of the leſſer or under Shell, ſo as to be diſhed outwardly; in the number of Ridges, which are in this about fourteen; alſo in the oblique Notches upon the Hinge; which yet in this ſeem to be more than in the former, as is expreſſed in the next Draught. T. 166.

166. 3. In this alſo the Channells are ſmooth and without ſtreaked, whereas the Channells of the Engliſh Shell are as thick and deep ſtreaked as the Ridges. Again the Sides of theſe Ridges in this Shell are more at right Angles; whereas in that they are flatter.

167. 4. This is the biggeſt Scallop I have ſeen; it is alſo thick and heavy; it was of a bue clay Colour, but it was apparently old and weather beaten, ſo that the natural Beauty of the living Fiſh was periſhed. It is but ſhallow. It has but ten Ridges; but the Furrows betwixt them are very deep, and cut down almoſt at right Angles; at the very Head of the Shell, betwixt the Eares, the Furrows are very deep, though ſmall, and end all in a Point very elegant; whereas in the two former Shells the Heads are ſmooth, and the Ridges and Furrows in that Part are almoſt obliterated. The Ridges and Furrows here are all of them curiouſly ſtreaked. A good Inch from the Bottom of the Shell the Ridges and Furrows become ſuddenly of another Faſhion and Grain, and are, as it were, tranſverſly waved and ſmooth.

I never ſaw but two of theſe, and they were both bigger or upper Shells of the Scallop.

N.B. That is a Fault in the Engraver to have made the Ridges towards the Head a little crooked, whereas they lie all very ſtrait and run to a Point.

170. 7. This is the only Scallop of the Kind that I have ſeen in Mr. *C.*'s Collection.

It is deep and hollow; thin and light; the Ears exactly alike: it hath eighteen Ridges, all which are of a dark heavy Colour almoſt black; the Furrows are all white, and both the Ridges and Furrows are ſmooth and not at all ſtriated; the Extremities of the Ridges are notched very remarkably, not enough expreſſed in the Figure.

171. 8. This is a white Shell (I never ſaw but one of them in Mr. *Charlton*'s Collection) ſhallow, with four large Riſings or Ridges, beſides other ſmaller: on the left Hand the Ear had under it a Row of ſmall Teeth that were in a Manner wholly defaced.

172. 9. Pecten minimus anguſtior inæqualis fere, et aſper, Tit. 31. de Cochl. marin. Anim. Ang.

174. 11. This Shell is rare and few of them are to be met with in the Cabinets of the Curious. It is very flat and hollow, and yet the one Side is much flatter than the other, eſpecially at the Head, which I have cauſed alſo to be drawn from a very perfect pair: (See 175. 12.) This Scallop is more Long than Broad having thirteen or fourteen Ridges very round and riſing; the Ears are on both Sides large, but not altogether alike, being a Thought larger on the right Hand: we ſpeak of the uppermoſt or bigger Shell which is now figured in this Plate.

Moſt that I ſaw were white, but the neithermoſt Shell of one Pair was ſpotted with a dark hair Colour.

Tab. N°.
175. 12. I have ſeen of theſe Shells twice bigger than this which is here figured. They are long and narrow compared to the reſt of the Tribe. The two Ears are little and ſomething unlike: that on the left Side comes more ſloping down the Side, but it is not more protuberant. The Ridges are ſmall and numerous, at leaſt ſixty in all, but from a ſmooth Point grow inſenſibly rough, and muricated with long and ſlender and ſloping Points, after the manner of Tiling: the Inſide is altogether ſmooth. This Shell is moderately capacious, in the Faſhion of Spoons in uſe at this Time.

It is of a light browniſh ſandy Colour. There are many of them collected in Cabinets.

177. 14. Pecten figura Chamæ *Aldrovandi.*

179. 16. This is, for the Bigneſs, a thicker and ſtronger Shell than that of N°. 192. 29. and is alſo of a longer Shape and not ſo hollow. It hath about eighteen Ridges which are larger than in the Scallop mentioned: it is marbled, reddiſh and white, and ſometimes blueiſh; the Ear on the left Side is narrower much.

180. 17.
181. 18. Pecten tenuis, ſubrufus, maculoſus, circiter 20. Striis majoribus at levibus donatus. Tit. 30. *Liſter.* de Coch. Marin. Anim. Ang.

182. 19. This is the upper Shell, with Teeth, of the Scallop deſcribed, 192. 29. where it is to be refered.

183. 20. This is the toothleſs and under Shell of a Scallop. The upper Shell hath many very ſmall Teeth not only under the Hollow of the Ear, but running alſo on the Back of the Ear. The Ridges are compounded of - - - - - This Shell is marbled red and white.

184. 21. This alſo is the toothleſs and under Shell of a Scallop with a flat Rib; it is ſmooth and curiouſly marbled with a white and dark hair Colour.

185. 22. This is a thin and very ſhallow Scallop, all white, prickly; on the one Side under the leſſer Ear, which is on the right Hand, is a long Series or Row of ſmall Teeth, a Dozen at leaſt in Number, which ſufficiently diſtinguiſhes it from all I have yet ſeen. This therefore is the upper Shell of the Scallop.

186. 24. Theſe Shells are often larger than that figured, and are common in Cabinets, they are moſtly of a red Coral Colour; the Ear on the left Side (holding the convex Side towards your Eye) is much the larger. The Ridges are about nine and are very large, and (which is very remarkable) are knotted with large Knots or hollow Bliſters: both the Ridges and Furrows are ſtriated. It is a ſhallow Shell, but moderately heavy and ſtrong.

N.B. This Shell is the toothleſs under Shell. The upper and bigger Shell is marked Tab. 188. 26. and to be here inſerted and not to be disjoined. The difference is that the upper Shell hath few or little Bliſters, and hath five or ſix Teeth under the Hollow of the left Ear. I have ſeen very large ones of this Kind of Scallop in Collections.

187. 25. This is a very beautiful Shell, but very common in all Collections; it hath about fourteen Ridges, theſe Ridges are very remarkable, in moſt triple, and thick hatched with a triple Row of ſharp Riſings croſs-ways. In others the Ridges are little or not divided, and the Croſs-Hatchings are nigh alſo equally drawn from Side to Side. It is prettily marbled red and white; the Borders of the Inſide yellowiſh or of a gold Colour. This Shell is but ſhallow.

N.B. It is very remarkable that in many Scallops one of the two Shells, which we will call the upper or bigger Shell, hath certain Teeth next under the Ear on the one Side, and that Ear therefore is more or leſs hollowed; alſo the very Nib or Point of the toothleſs Shell is moſtly a little flatter.

188. 26. This is the upper Shell with Teeth and belongs to the Scallop deſcribed 186. 24. above, where it is to be inſerted.

191. 28. This Shell is frequently to be met with on the Iriſh Seas, and on the Welch Coaſt. I never ſaw any of them much bigger than that which is figured; it is thin, light and ſhallow; the Ears much of a Bigneſs; it is of a rediſh brick Colour, ſpotted or marbled with dark brown and whitiſh Spots; the Ridges are above twenty, finely ſtriated as well as the Furrows betwixt.

In the Inſide of the Shell the Furrows or Hollows anſwering to the Ridges on the Outſide are very ſhallow and faint.

N.B. This is the upper or bigger Shell, which I have now deſcribed, having never ſeen a Pair. This I have found to be added to our Engliſh Stores ſince the publiſhing of my Hiſtory of the Animals of England. This is the toothleſs Shell, and the Ears more alike. There is alſo the Figure of the upper or bigger Shell with Teeth next under the Ear, and the Ear a little hollowed away. (See 190. 27.)

192. 29. This Shell is ſmall, variouſly coloured, as red like Coral, yellow, marbled &c: The Ridges are about twenty, very diſtinct, and riſing, but are hatched acroſs; the Furrows are deep and ſtriated. The two Ears are much of a Bigneſs; and the Shell is thin and moderately hollow or capacious; the Furrows in the Inſide anſwering to the Ridges on the Outſide are deep, and the Sides at right Angles.

There are many of theſe Shells in the Cabinets of the Curious. This was the bigger or upper Shell which is figured, not having ſeen a Pair.

Note.

Tab. N°.

Note. The under or leſſer Shell of any Pecten is eaſily to be known from the upper; becauſe the impreſſion or the place where the nervous Ligament did adhere is ever to the left Side of the under Shell, and to the right Side of the upper or bigger Shell; and this to be underſtood in like manner of all Bivalves.

193. 30. Oſtreum vulgare maximum intùs argenteo quodam ſplendore albeſcens. Tit. 26. de Coch. Marin. *Liſt.* Anim. Ang.
Adde *ſtriatum*; quod tamen intelligendum eſt de ſuperiore & majore tantum Teſtâ.

197. 32. It is but on the one Side or upon the Back of the greater Shell that the Hooks are, ſo that the other half or leſſer Shell is without them: and therefore we ſeldom have a Twig of them but the leſſer Shells are all wanting. Alſo the leſſer valve is edged near the Hinge with ſmall Notches.
The Figure of this Kind of Tree Oiſter is very odd and of wonderful Variety; ſome long and narrow, ſome round and broad &c.

201. 35. Oſtreæ alicujus Virginianæ valva altera minor. In the Gulf of *Orotigna* and the Iſlands therein in the Province of *Nicaragua* on the ſouth Sea, are many Shell-Fiſhes of *a long Form*; ſome a Cubit long, ſome leſs, creaſed, growing broader and broader to the End; when they are opened they have a fiſhy Subſtance within them and ſhine within as Pearl Oiſters do, half their length, thence by degrees loſing that ſhining towards the broader End. The Pearls within them are not ſo fine as the other. The Indians uſe the Shells to dig their looſe Ground, faſtning the Shell to a Handle of Wood, binding it faſt and making a Kind of a Spade thereof. G. F. de *Oviedo. Purchaſ.* l. 5. c. 3. Part. 3.

206. 40. Concha corallina aſpera *Aldrovandi.*
N.B. This is the leſſer or under Shell of this Sort of Spondyle, the upper Shell having a Break, and from that Break to the Hinge a Slope Cut very remarkable, as though done by Art not Nature.

207. 41. Spondylus Rondeletii ſive Oſtrea Gaideropoda *Bellonii* ex *Rondeletio*, *Aldrovandi.*

210. 44. This Shell hath high Ridges and ſharp, in ſome more and ſome leſs; I have counted nine or ten in ſome. By the toothing of the Hinge it is a Spondylus, to which the Strength and Thickneſs of the Shell anſwers; it is of a pale rediſh Colour. An hæ revera Anomalæ ſunt? verum ob diſſimiles Teſtas, & quod pleriſque eæ admodum craſſæ ſunt, Spondylis adpoſui.

211. 45, 46. An veri Lapides?

217. 53. Inter Coralium Maris Mediterranei inventum.

220. 55. Concha tenuis teſtæ *Aldrov.*

221. 56. Una & eadem Concha Margaritifera.

223. 57. 224. 58. The Pearls lie under the uttermoſt Part of the Circuit of the Oiſter in Ranks and Proportions, under a certain Part which is of many Plaits and Folds called the *Ruffe*, for the Similitude it hath unto a Ruffe. The Pearls encreaſe in Bigneſs as they be nearer the End or Joint of the Oiſter. Sir Ric. *Hawkins* apud *Purchas.* L. 7. C. 5. Part. 4th. I ſaw a very ſmall Pair of Shells from Jamaica, which were long, Oiſter like, but the Colour of the Inſide was of a blueiſh Mother of Pearl Colour, and the Hollow or Baſon of a Rhomboid Figure; the Skirts encompaſſed with a Ridge of the Shell, reaching much beyond it, as in the firſt Figure of the Mother of Pearl Kind (N°. 224. 58.) is repreſented. One of the Shells was much ſhallower than the other, the Neck was drawn out to a ſharp Point after the Manner of Pinnas or Muſcles; and the Connexion of the Shell ſeemed to be by a certain Number of Ties, which makes me put it in this Diviſion.

268. 104. I have ſeen one of theſe Shells, thrice as big as this, but they are rare.
This Shell is very ſtrong and ponderous, there are two remarkable broad Liſts from the Top to the Border of a dark hair Colour; the tranſverſe Creaſes are unequal and not thick ſet.
N.B. I have ſeen ſome of theſe (or be it a different Species, which I incline to) which were of a browniſh cheſnut Colour, very little faſciated, but rather ſmooth; and whereas the Neck and Head or Point of this Shell is very deeply faſciated, theſe were very ſmooth; but in all Things elſe theſe were very like.

271. 107. This is a very ſhallow and exceeding thick and ponderous Shell, ſmooth on the outſide, or if you will, faſciated or irregularly worked. On the Inſide towards the left Hand it is of a violet Purple: The Edges is very full of ſmall and ſhallow Hatchings, but not indented, the extreme Edge being ſmooth. This is the only Shell of the Kind that I have ſeen; it was in Mr. *C.*'s Collection that I ſaw it, and cauſed it to be figured.

N.B. I have ſeen two other Species very near reſembling this Shell in all Things: The firſt differs in that is very finely ſtriated on the Outſide betwixt the regular Wrinkles only, thoſe Strias being of a very peculiar Make, and this ſeems to be a Rock-ſtone in the Figure of a Shell, being extremely white or chalky, and friable. The ſecond is not near ſo thick and ponderous as the other two deſcribed, and is white both withinſide and without, but is faſciated with fine thin riſing Edges at certain Diſtances, there being properly no Furrows at all anſwering the Edges; and was brought from the Bay of *Campeche* in the weſt Indies.

289. 125. This

Tab. Nº.

289. 125. This Shell is well figured, it is flat and ſhallow for the Bigneſs, of a yellowiſh pale Colour. The liſts are ſmall and very regular, and not much extant but flat, ſo it is, as it were, ſmooth. Here alſo is a ſmall lunar Sinus near the Nib. Ab Inſula Jamaica.

293. 129. This Shell is white inſide, outſide: probably brown when the Animal is in it, and that it is freſh. The Liſts are are ſo very ſmall and many, that the Deſign hath ſcarce figured the one half of them. It hath a remarkable lunar Sinus on the one Side of the Nib; it is a thick and ſtrong Shell. This is found on the Engliſh Coaſt.

294. 130. This Shell is very thick and ſhallow, the Edges ſmooth, the circular Wrinkles are very numerous, ſmall, and not very riſing; it is ſtained with a brown hair Colour, and in ſome Places with that Colour indented or waved. The Figure of the Head or Point is very odd and flattiſh. It is a rare Cockle; I never ſaw but two Pair of them.

297. 134. This Shell was taken up on the Coaſt of Norway. The Liſts are fine and ſmall and pretty regular, but ſharp and rough, it is moderately ſtrong for the Bigneſs and not very ſhallow: It is white Inſide, Outſide. The lunar Sinus near the Nib is not to be obſerved in this Shell.

300. 137. Ab India Occidentali.

303. 144. This Shell is thin comparatively to thoſe like it in this and the other Tribes of *Pectunculi.* It is prettily veined with a purpliſh Colour, in others brown, it is faſciated, but neither regularly nor very high and conſpicuous; the Ridges of the Shell are ſmooth and not indented, which does ſufficiently diſtinguiſh it from the other in this Tribe. Ind. Occident.

304. 145. Ab India Occidentali.

This is a very thick and ſtrong Shell and ſhallow, it is irregularly faſciated, there are of them alſo ſome leſs, of a different Species, that are in ſome Parts irregularly ſtriated alſo: It is marbled with a yellowiſh brown Colour, in ſome prettily veined a little purpliſh; the Edges on their Inſide are quite round about to the very Hinges finely indented or rather hatched.

324. 161. Concha echinata *Geſneri.*

327. 164. Ab Africano Litore ad Fluvium *Congo.*

331. 168. Concha ſtriata longa *Rondeletii.*

336. 172. The ſmall ones of this Kind are very beautiful, yellowiſh, with dark brown Spots running in an undulated Manner from Side to Side.

There are Shells alſo of this Kind very much bigger than that which is repreſented. Yet all are rare.

349. 187. Concha imbricata minima *Aldrovandi.*

351. 189. Tridachnes *Aldrovandi.*

354. 191. Inter Concharum genera omnia, quæ nobis videre contigit hucuſque, & alii recentiores deſcripſerunt, nullam conſpeximus majorem hâc à nobis nunc depictâ: quare *Maximæ* cognomen meruit, & ob teſtæ craſſitiem, gravitatem atque duritiem, *Marmoream* denominavimus. Illuſtri notâ ab aliis ſecernitur, quia Septenis tantum à Cervice ad Os ductis diſtinguitur magnis ſtriis, totidemque ſtrigibus inter ſe magnitudine paribus, alternatim ad invicem oppoſitis, cum occluditur teſta. Figura Conchæ oblonga, per obliquum Cervicis, ab uno latere longiore. Clavicula magna cervici adeſt elata, atque altera exigua admodum circa extremum Conchæ, parte breviore, canaliculis illis ſubjacentibus, quibus alterius Conchæ, vel Teſtæ pars claviculæ reſpondentes connectuntur. Contraria vero majoris Claviculæ parte ſeptem conſpiciuntur inciſuræ Scalarum ritu decreſcentes, quæ pars circa cervicem ſe dilatans reclinat; atque auris modo quæ pectini eſt, non exerta, ſed infra Conchæ craſſitudinem producitur. Linea locus, quem Animal occupat Conchæ internus, ac magis pallens definiri videtur; colore deinceps per ambitum circa ora candicante, Marmoris politi modo, ſplendido. Externa Conchæ parte Striarum additamentis craſſis tota exaſpera redditur, quibus tegularum et imbricum modo, alia ſuper aliis ſuperaddita videntur; quapropter imbricata dici merito poteſt. Striges vero lineis tantum exaſperantur denſioribus, ſinuoſis, oblique decurrentibus ab altero ad alterum Conchæ extremum; magnitudine et ſinubus imparibus juxta ſtriarum & ſtrigium magnitudinem atque craſſitiem; at circa ora quidem ſinu et circulo pollicari amplitudine undoſæ conſpiciuntur, circa cervicem vero minimæ admodum. Ab ea parte, duas uncias craſitie ſuperat Concha, circa ora in tenuitatem abit.

356. 193. The Muſcle in the firſt Place is large for the Kind, the Strias are big, riſing, and a little undulated, and towards the broad End of the Shell are double or branched. This is purpliſh, at leaſt in Places on the Outſide, the reſt white and mother of pearl Colour.

356. 195. This Muſcle is ſmooth and ſome of them are twice as big as it is figured; the Colour of the Outſide in ſome is reddiſh, and white within, but theſe I judge are decayed, and theſe are moſtly pretty ſtrong and thick: but thoſe of a Freſhneſs are on the Outſide of a brown hair Colour, and of a purpliſh red within. Theſe come from Jamaica.

358. 196. There

Tab. N°.

358. 196. There is another elegant, ſtriate, large purpliſh Muſcle, which came from *Carolina* in the weſt Indies. This is not near ſo deep and concave as the other, but the Strias in this are three for one in the former, theſe Strias alſo are bifid towards the broad End; the inſide ſhines with a moſt beautiful pearl Colour.

370. 210. The firſt in the Plate is a thin tranſparent Shell of the Colour of Horn, with here and there ſmall Prickles; it is blunt at the broad End; I take it to be a very young Fiſh.

370. 2d. This Shell alſo is very thin and tranſparent, very blunt at the broad End; yellowiſh, diſtinguiſhed croſſways with fine Waves, drawn ſmall and thick: The Shell is ſharp ridged at the ſmaller End, and very ſtrait, with little or no Sinus. This (371. 212.) is not to be diſtinguiſhed from the former but that it wants the tranſverſe Lines, but hath eminently the undulated Waves running lengthways.

373. 214. This Shell is figured as big as the Life; the only one of the Kind that I have ſeen, it is of a dark liver Colour: From the ſmall End and downwards run ſeven or eight Rowes of high, thick, and hollow Pipes blunt at the End; theſe concave Murices are twiſted into Pipes; where they are not, they are imbricate; the Neck of this Shell is a little more ſinuous than the reſt of the Tribe. The Shell is thin to it's Bulk, and the Baſis is a little produced and round pointed. The middle of this Shell is dark liver Colour, ſave where the Fiſh adhered to the Neck, it is a bright mother of pearl Colour.

374. 215. This is the common Pinna of the mediterranean Sea, there are of them of a vaſt Magnitude. The ſmall End is high ridged from whence the tranſverſe Waves begin, and are as it were imbricated, lying above the Shell like Scales, in a pretty undulated and indented Manner, but without much Order and Exactneſs; it is of a dark hair Colour, the broad End is about the middle extended a little to a blunt Point.

386. 233. This large Tellina is of a Cornelian Colour, very ſmooth, and very thick and ponderous in thoſe of this Growth and Bigneſs; but the leſſer are thin and light and prettily faſciated, at leaſt ſome of them.

417. 261. Tellinis congener *Aldrovandi.*

421. 265. This Shell ſeems to be Chamous, or naturally open at both Ends; it hath a Ridge or a depreſſed Sinus at the End, where the Hinge is, otherwiſe it is equally obtuſe and broad at both Ends, not unlike the Solen Kind, amongſt which it might be placed; it is thin and hollow and of a brown Colour. I never ſaw but this one Pair of them in Mr. *C.*'s Cabinet. From the mediterranean Sea.

434. 277. I have ſeen of theſe from Carolina ſix Inches long and two Broad.

469. 27. b. This is a very large Stone, and ſeems to have had Ears on each Side: there about twenty Ridges ſmooth and round, which yet are very ſmall, if compared to the Furrows, which are wide and deep. One Side of the Stone (for it was an entire Bivalve) ſeemed to be ſomething flatter than the other. This out of Mr. *C.*'s Collection.

470. 28. This is a moſt beautiful Stone, of Mr. *C.*'s Collection. The Difference of this Stone and the Scallop above (Tab. 187. 25.) is manifold as will appear from the Deſcription. In this Stone (if it had Ears they are broke off) are eighteen Ridges at leaſt, theſe Ridges conſiſt of five ſmall Ridges, that in the Middle is very much raiſed above the reſt and ſharper, being ſet thick with ſharp Points; on each Side of it are Rows of ſmall Points or Prickles thick ſet: and on each Side are two Ridges ſunk lower into the Furrows, thick ſet alſo with ſmall Prickles, ſo that the Furrow betwixt is very narrow, whereas in the Scallop the Furrows are very deep and broad.

478. 35. This Stone was found at the Chapel at St. Croix near Poitier in France, and is of Mr. *C.*'s Collection; it is very thick and ponderous, it is to be diſtinguiſhed from the Oiſter, for that it is of an oblong Figure, the Hinge is very broad, and as it were treble alſo, the Place of the Ligament being to the right Hand of the Inſide of the Shell, it is therefore the under and leſſer Shell of the Bivalve, and, conſequently, if it was our Oiſter it ſhould have a Row of Knots on each Side the Hinge, all which it wants, and therefore is a Stone of it's own Kind.

486. 42. Found in Lincolnſhire. L. P.

489. 45. This Stone is a true Flint; it is, as it were, the half of a Cockle: it is obliquely faſciated, having about ten of them, each Liſt conſiſting of a great many other ſmaller Liſts after the Manner of Hatching.

491. 47. This is a very large white chalk or lime Stone. From the Hinge to the Border it lies extended much more lengthways; the Streaks of the Hinges are neatly turned in again, running along the Border a pretty Waving for about ſixteen Courſes, all the reſt of the ſtone is ſmooth. I have not obſerved any of the Shell Kind any ways like it.

494. 50. This Stone is of a dark brown Colour; it is an intire Bivalve, the Valves are awry, as it were, rather than cruſhed; the Baſis or Border running into an Angle, the Streaks are ſmall and eminent; the Sinus's on each Side the Hinge are very wide and large.

Tab. N°. In this it differs from the Shell, that it wants the Ridge, which that hath, moſt conſ cuouſly leading to the Angle on the Border, alſo that the Streaks there are much finer bu for bulk.

497. 52. Foſſil: prope Pariſias, in Sabuleto quodam inventus.

518. 73. This Stone is altogether ſmooth and is found in the Middle of a Stone as in a Matr hatched after the Manner of the Lapides Judaici. This Diſcovery is owing to Mr. *Lhwyd.*

1455